



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 94. Fidei Professio Bonifacii VIII. a Pontifice jurata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

vit, qui rem penitus examinarent, ac de-  
 mum cognita causa, totam negotii sum-  
 mam eidem exponerent.

Sæcul. XV.  
 A.C. 1417.

§. XCIII.

*Sicaria cædes Constantiæ perpetrata.*

Die septima Decembris hora septima  
 matutina Sicarius quidam a Lucer-  
 nensibus civibus, eo quod in quadam lite  
 contra Benedictinos causa cecidissent,  
 ex condicto emissus, ejusdem Ordinis, ac  
 urbis Priorem supra pontem Constantien-  
 sem trucidavit. Ille autem mox com-  
 prehensus, scelus suum confessus est, quo-  
 circa per plateam, ubi cædem perpetra-  
 bat, equi caudæ alligatus ad supplicii lo-  
 cum raptatus, crurifragio multatus est.

§. XCIV.

*Fidei professio Bonifacii VIII. a Pon-  
 tifice jurata.*

Die decima septima ejusdem Mensis *Vander*  
 Pontifex sonantibus tubis promulga- *Hardt tom.*  
 ri jussit, omnes ab eo gratiam petitori *4. p. 1497.*  
 præfata die ad ejus palatium convenirent. *Idem t. 3.*  
 Ingens erat confluentium numerus, & *p. 779.*  
 Martinus Cardinalibus, Imperatore, Prin-  
 cipibus, atque Electoribus stipatus priva-  
 torum preces excipiebat, pluresque desu-  
 per Bullas expediri curabat. Postera die  
 sacrum Purpuratorum Senatum coegit,  
 in

Secul. XV. in quo professionem fidei olim a Bonifacio VIII. editum jurato emisit, præsenti-  
A.C. 1417. bus Nationum Deputatis. Electoribus suis hac professione spondit, quod bona Ecclesiae nullo modo, nullove sub titulo, vel prætectu alienare, disciplinam autem Ecclesiasticam conservare, & quovis pacto labefactatam, adhibitis in consilium Cardinalibus, restituere velit; id tamen regulis Cancellariae, quas condidit, refragari videtur. Ad idem quoque tempus refertur libellus Mauriti Pragensis, quem jussu Concilii contra Communionem sub utraque specie elucubravit, & praecipue adversus tractatum a Jacobello An. MCCCCXV. consarcinatum, in quo hunc usum defendere conatus fuit. Mauritius iisdem ferme cum Gersonio utitur argumentis, communiter afferri solitis. Scripturae, Patrum, & Scholasticorum textibus a Jacobello pro Communionem sub duplici specie allegatis respondet, & rationes, seu potius abusus, ob quos Ecclesia usum calicis interdicere urgebatur, pluribus refert.

## §. XCV.

*Sessio quadragesima secunda.*

*Labbe Conc.* Die Martis 28. Decembris habita est  
*to. 12. p. 252.* Sessio XLII. & prima, cui Martinus V. praesedit: Interfuit quoque Imperator cum